



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**


**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et  
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

**Paullini, Christian Franz**

**Francofvrti ad Moenvm, 1698**

Wedechindi Duldorps, Vicarii, in Venerabiles Episcopos Mindenses  
Poemata.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44860**



# WEDECHINDI DULDORPS, VICARII,

in  
VENERABILES EPISCOPOS  
MINDENSES  
POEMATA.

## WEDECHINDUS AD LECTOREM:

Hæc quicunq; legis, nostri meminisse rogatis,  
esse pia volumus *simplicitatis* opus.  
Ordine *Pastorum* vitas narrabo Tuorum,  
*Minda*, brevi, in culto, & simpliciore stilo.  
Tu, Sincere, Patrum cineres venerabere, Lector,  
*simplex & rectus* nam ferè quisque fuit.

## POEMATA EPISCOPALIA

### I. IN EREMBERTUM.

**S**ancte Pater, sancti quos Tu molire, labores  
adificans populam, lacrificansq; Deum.  
Nunc in luce Dei lucem. Westfalia, cernis  
Lucifer est ortus, *Minda* beata, tibi.  
Gloria in excelsis Domino! tibi gratia Presul,  
Ereberte tuus dignus honore labor.

I. Eremer-  
tus-

### II. IN HARTWARDUM.

Plantas, evellis, feliciter omnia! vinum  
atque oleum præbes. Eja cuique suum.  
(G)

II. Hart-  
wardus.

Infir-

*Infirmos firmas, rectâ tu ducis euntes,  
erranti monstrat candida dextra viam.  
Sic bonus es Pastor, Pater optimus, omnia fecit,  
qua facit, in Domino, & sic bene cuncta facit.*

III Theode-  
ricus I.

III. IN THEODERICUM I.

*Dives es in Domino, Dirice, quid amplius optas?  
has tibi num prado præripit ullus opes?  
Vidisti, vicisti hostes: generosa triumphat  
mens semper, clypeus cujus & umbo Deus.  
Non adimit, sed dat tibi gens Nordmannia vitam;  
quis mæret, palmam si bona pugna meret?*

IV. Wulfar-  
rius.

IV. IN WULFARIUM.

*Devotus sapiens & circumspèctus ubique  
sparsisti verbi semina pura Dei.  
Fervor in ori tuus cunctis & fervor in actis,  
in puro magnus fervor amore Dei.  
Nil potuere lupi: pepulit tua clava rapaces,  
Wulfarius mitis Pastor ovisque manet.*

V. Drogo.

V. IN DROGONEM.

*Devota Hilburgis Drogo tibi gaudia fecit,  
cùm pareret lobolem fertilis illa piam.  
Templa novem raro zelo quæ condidit, atque  
Cuique dedit satis. En! posteritatis opus!  
Otto tibi ptimo concessit splendida jura,  
sic tuus è tumulo ( crede, ) micabit honor.*

VI. Adel-  
wertus.

VI. IN ADELWERTUM.

*Sunt homines pravi, sunt pessima tempora, vivis  
qua, Adelberte, vasa. Sed meminisse juvat.  
In cineres collapsa jacet Germania tristis,  
planctus & lachrymas angulus omnis habet.  
Tu tamen in sancto constanter munere ferves,  
& sancto tepidos exspuis ore tuo.*

## VII IN BERNARTUM.

Hostis habet muros: lacrymæ & suspiria surgant?  
vincunt atq[ue] preces, Mars futiose, tua.  
*Sursum corda Viri!* cædentes jam cecidère,  
fordibus & proprio in sanguine quisque gemit.  
Redde Deo grates, Bernarte, ut júbila fiant?  
à Domino auxilium, non aliunde, venit.

VII. Bernartus.

## VIII, IN LIDARIUM.

Cænobium Visbeck Heleburgis condidit, atq[ue]  
exustum instaurat denuo Minda. Notes:  
*Lapse sunt stellæ, cum Sol altissimus esset,*  
*desuper in flammis Overkercke crepat.*  
*Casis virginibus: nec surrexisset honesta*  
*ni Mervvinda suas sponte dedisset opes.*

VIII Lidarius.

## IX. IN EVERGISUM.

Est nihil in factis de te Evergise, quid obstat?  
quòd satis officio feceris usque tuo,  
Scimus, & hoc fidi sero transcribimus ævo,  
cujus in ore tuus, *Candide candor erit*  
Omnia corrodit, lapides ferrumque? vetustas.  
sola manet, putà, gloria, mente fueas,

IX. Evergisus.

## X. IN HELMWARDUM.

Extollant alii sublimia facta suorum:  
*simplicitas astu per - mihi - mixta placeat.*  
Helmwardus bonus est, devitans nomina longa:  
*cui quoq[ue] dic sodes, mucida pompa bono?*  
Indiget haud virtus titilis gravioribus: ergo  
*dicere, sat nobis, Tu Reverendus eras*

X. Helmwardus.

## XI. IN LANDWARDUM.

Otto tibi; jura & baculum Dignissime, mittere,  
innovare & firmare mente manuq[ue] tua.  
Donat Mandradus Lubegau, acceptabile munus;  
nascitur & Walsford, nobile cænobium.

XI. Landwardus.

Si n.

(G) 2

*Sunt bene, sunt bona, que facis omnia, Præful amande,  
sic mihi curator tu regionis eras. \**

XII. Milo.

XII. IN MILONEM.

*Milo, pius miles; bona tu cerdamina certas,  
hosteq; prostrato magna tropæa facis.  
Cæsaribus gratus: tu maxima jura potitus;  
auxisti studio semper ovile tuo.  
Eja! bonum factum. Tua præmia, serve fidelis,  
sunt laus in terra, gratia magna Dei.*

XIII. Ram-  
vvardus.

XIII. IN RAMWARDUM.

*In claustrum castrum Wedegonis Milo reformat,  
sanctis Virginibus dans, Benedicte, tuis.  
Ramvvardus post in nostram quod transtulit urbem  
mente bonâ facto præcipitante tamen.  
Sic titubas, Pater optime: verum quis sine navis?  
non est sanctus, qui non aliquando cadat.*

XIV. Theo-  
dericus II.

XIV. IN THEODERICUM II.

*Grande Dei donum, Præful laudabilis: omne  
in virtute bonum, ac in pietate salus.  
Si dives fieri cupias, si relligiosus;  
mens etenim proba non est sine devitiis  
Nil dico, Tiderice, tamen de te omnia dicam,  
Tu Dit-rick nobis, tu Theodorus eras.*

XV. Sige-  
bertus.

XV. IN SIGEBERTUM.

*Acquiris Sponsa mansos & prædia multa,  
villas & sylvas optima quæq; Sacrum  
Cænobium fundas Martini largus in urbe,  
cœpisti Sanctæ Virginis atque domum.  
Sub te quid? per Te gens Schauenburgica nata est.  
Omnibus hinc carus Solis ad instar eras.*

XVI. Bru-  
no.

XVI. IN BRUNONEM.

*Tu totus bonus es: consummas fana Maria;  
tu bene Martino, & cûique reapse facis,  
\*Landvvard, der des Landes wartet.*

S. Mau-

S. Mauritium inducis, dabit Insula plausum:  
atque piam reddet, Minda, tibi sobolem.  
Deficiunt equidem vires atque omnia membra,  
Tu tamen aureolus Pastor es atque Pater.

XVII. IN ENGELBERTUM.

Es iubar Ecclesia: Te summus & imus honorat:  
dat Lofam Henricus: Minda sed ustra jacet,  
In cineres collapsa suos; Rex damna rependit  
curte aliquâ instauras mox tamen Ecclesiam,  
Atque Johannæum templum; laudis satur, omnis  
atque laboris, abis angelus angelicè.

XVII, En-  
gelbertus,

XVIII. IN REINWARDUM.

Purus eras purâ Dnminum Tu mente colebas,  
formabas puro pectora pura Deo.  
Impurus Folkmarus erat, detonsor ovilis,  
non Pastor sancto criste lupus stabulo,  
Qui purè fudit Domino, fervatur ab illo,  
pura Dei tuæ gloriæ cura fuit.

XVIII.  
Reinwardus.

XIX. IN FOLKMARUM.

Ingressus, progressus & egressus malus ergò  
Tute malus peior pellimus, ohe!  
Vindex Gorgonius mediâ, ce nocte peremit,  
non poterat siquidem crimina tanta pati.  
Vos Simoniaci intrusi, spectate cadaver,  
Qui, niger, à recta janna aberrat, erit.

XIX. Folk-  
marus.

XX. XXI. IN ODALRICUM GODESCHALCUM.

Annales, Ulrice tuos siluère labores,  
haud etiam in chartis sunt, Godeschâlce, tui.  
Non tamen est dubium, fuerit quin tessera vestra:  
Lex, Rex, grex: tria quæ nomen ad astra vehunt.  
Nesciatast mundus pia facta & omnia vestra,  
sufficit, in cœlis quod modo sotipra fient.

XX. XXI.  
Odalricus  
& Gode-  
schalcus.

XXII.  
Wedelo.

XXII. IN WEDELONEM.  
Augustine, tuis sociis dat regula nomen,  
At juxta canones vivere non placuit.  
Amotis igitur fruges consumere natis  
Werthera virgineum substituisse chorum  
Mavult, desuntis ex Overkerke puellis,  
Devote servit nocte dieq, DEO.

XXIII.  
Sigvvardus.

XXIII. IN SIGVWARDVM.  
Omen inest: pulcrum tibi dat benedictio nomen:  
Sat Segvvarde, tibi, si benedictus eris.  
Aut tibi num bellum fecit victoria nomen?  
Victor, io! Victor! tu Segvvarde mihi,  
Tu, Benedicte, potes florentia cernere templa,  
Omnia tunc bona, si religio bona sit.

XXIV.  
Henricus.  
I.

XXIV. IN HEINRICUM I.  
Misit Mauritio Henricum Bursfeldia nostro,  
At mox Postorem reddidit ille Petro.  
Et Schynnæ & Luccæ sub eo sunt condita claustra,  
Fratribus in Gehlnbeck curia magna datur.  
Est bonus & gnavus: qui tandem sponte resignat,  
Matris ut in gremio mollius ossa cubent.

XXV.  
Wernerus.

XXV. IN VVERNERVM.  
Successit Werner, Præful venerabilis, atque  
Egregius quicquid dixerit invidia.  
Ex castro format Mirabilis este capellam.  
Wernerus Schynnæm dedicat ipse sacram.  
Non est, quod congè memorent tua nomina facti,  
Æternum nomen qui bene fecit, habes.

XXVI.  
Anno.

XXVI. IN ANNONEM.  
Suscitavit Sanctis cumbustis Anno recentes,  
Commoda & Ecclesia, promovee ille sua.  
Perdita lux, quâ non benefecerat, luna suorum  
Atque DEL cura est: unica meta DEUS.

Hunc dederat nobis Gens Blankenburgica Sanctum:  
Quid multis? totus Vir sine labe fuit.

## XXVII. IN DIETMARUM.

XXVII.

Dietmarus.

Ex unda vinum fecisti: quartus & Otto  
Eligitur per Te: pulcra fodina darur  
Argenti abs Heinrico: plurima templa struuntur:  
Neundorp Martino consecrat omne Simon:  
Edem Ramvvardus qonavit in urbe Joanni,  
à largo Simeon sumsit Ikone tuam.

## XXVIII. IN HEINRICUM II.

XXVIII.

Heinricus II.

De Te vix aliquid fasti memorabile scribunt.  
Non tamen est dubium, quin bona vita fuit.  
Auxisti fratrum reditus decimisque bonisque.  
Summa cura tua est publica nonne salus?  
Rexisti bene, vixisti bene, singula facta  
Sunt bona; male sic exitus esse nequit.

## XXIX. IN CONRADUM.

XXIX.

Conradus I.

Exstruxit Reinberg: Rinteln implevit Adolfus  
Virginibus, sibi quas Bischoperoda dabat.  
Vesteque mutata quæ cadent sub Benedicto:  
Dominici Fratres nunc quoque Minda capit,  
Fervet religio; Patria & Respublica florent,  
Nocte dieque DEUM templa Scholæque canunt.

## XXX. IN WILHELMUM.

XXX.

Wilhelmus.

Curriculum vite breve quamvis, care Wilhelme,  
Factorum tamen est gloria major. Agè,  
In castro Nienhus tua sic industria fulget,  
Ut laudes cadent tempora sera tuas.  
Candoremq; tuum nos commendabimus omnes,  
Donec pisciculos Wisera nostra dabit.

## XXXI. IN JOHANNEM.

XXXI.

Joannes.

Pro lubitu Tibi Conradus jus constituendi  
Wichselder donat, pluraque jura dedit.

Jus



Jus tibi *cedendi* dedit ille gravemque *monetam*:  
 In *castro* turres construis ipse novo,  
 Dimidium *Winstorp* acquiris, Teque sedente  
 Cœnobium *Vallis* sit *penedicta* Dei.

## XXXII. IN WEDECHINDUM. I.

XXXII.  
 Medechin-  
 dus I.

Te laudat *Cesar* *Gyvilhelmus*, *Stem* *wede* donans,  
 Et bona plura simul contulit ille tibi.  
 Hamela nunc tua sit: cives ringuntur: ad arma  
 Festina, valide cadis eosq; capis.  
 Albertus *damnum* facit, est *adjutor* eorum:  
 Nil obstat: cives tute tuere suos.

## XXXIII. IN CUNONEM.

XXXIII.  
 Cuno.

Relligiose Pater re dat *Diepholdia* nobis,  
 Heu! mihi, quàm mala, quàm turbida secla vides.  
 Tu tamen ut rupes mediis tranquillus in undis  
 Fidis ei, cujus dextera cuncta regit.  
 Sub te constructur *claustrum* *Lochense* celebre,  
 Quod peperit mœsto gaudia multa tibi.

## XXXIV. IN OTTONEM. I.

XXXIV.  
 Otto.

Otto mendicans bonus ac devotus, honestus,  
 Nonne gregi sacro profuit usq; suo?  
 Atquirit sociis monachis cito plurima sura,  
 Fratribus in *Minga* dat quoque multa suis,  
 Reddit iis *Reinberg* ablatum: in pace quiescat!  
 Commendat precibus se bonus Otto tuis.

## XXXV. IN VOLCKWINUM.

XXXV.  
 Volckvini-  
 nus.

Lübeke tu fecisti urbem, stellamq; dedisti:  
 Ex *Alden* Clerus migrat & in *Lübeke*.  
 Fis cœcus: verum *Borchardus* lumina reddit,  
 Fortunaute DEO, cui quoque gratus eras,  
 Sit nomen Domini benedictum: qui bene fecit  
 Omnia, num tecum talia non faciat.

XXXVI.

POEMATA IN EPISCOPOS MINDENSES.  
XXXVI. IN CONRADUM II.

57

XXXVI.  
Conradus  
II.

Tranquillè vivit placidus Warbergius ille,  
Pacis amans, hinc in pace regitq; suos.  
Harbertus vita pertasus liberioris,  
Fit monachus: claustrì vita rigorq; placet.  
Transfertur Bruno, in templo majore sepultus,  
Dic, qui cernis eum: molliter ossa cubent!

XXXVII. IN LIUDOLFUM.

XXXVII.  
Liudolfus.

Fortis & armatus Simon te provocat ultrò,  
Egrederis validâ fortior ipse manû.  
Moxque redis victor: clamabimus; io! triumphe!  
Tu Steigeberga conditor atque tuâ.  
Vadunt ex Lothen Lemegoam quando Sorores,  
Jacturam pateris, Minda benigna, gravem.

XXXVIII. IN GOTTFREDUM.

XXXVIII.  
Gottfredus.

Ad Wiseram struxisti arcem Gottfrede jucundam,  
Indago Sancti dicitur ista Petri.  
Ille nequam mons Montanis nunc redditur, Hoja,  
Quem abstulerat Dominis perniciofa suis.  
Pax tecum in vita, te pax in morte coronat,  
Sic Gottfred nobis & quoque Gutfred eras.

XXXIX. IN LVDEVVICVM.

XXXIX.  
Ludewicus.

Cænobium Wolfrod fundat: condit Bokeloham,  
Consecrat Egestorp: dat Ludewicus ei  
Frygrafos & Vehmding, proh! amplissima jura,  
Quæ paucis tantum in Westfalia data sunt.  
Transgreditur ripam & fines diffusa per agros  
Wisera; sic patriæ maxima damna facit.

XI. IN GERHARDUM I.

XI. Ger-  
hardus I.

Ergo te primùm dat Gens Schaumburgica nobis?  
Salve igitur, salve, juste Gerharde, bene,  
(H)

Rexisti

Rexisti bene; nam fecisti, quod potuisti,  
 Acquis Raden: das pretiosa tuis.  
 Vasta cadit, dolor ah! sevâ Germania peste,  
 Has inter cades tu famulare DEO.

XLI. Theo-  
 dericus III.

XLI. IN THEODERICVM III.

Stemmata tu parvo, vili sub stramine natus,  
 Mente tamen magnus, cuncta quod acta probant.  
 Quam bene rexisti! Carolo gratissimus, ô quam  
 Eximiè tanto culmine dignus eras!  
 Burgum Virgineum post amplexaris ad Albim,  
 Fis titulis magnus, major at ingenio.

XLII. Ger-  
 hardus II.

XLII. IN GERHARDUM II.

Rector eras, protector eras: condidisti, fugasque,  
 Instauras, hostes, oppida, castra tua.  
 O si mansisses, major meliorque fuisses,  
 Sanctum fecit iter grandia damna tuum.  
 Nam Te perdidimus, noster, dilecte, fuisti  
 Paxillus, clypeus, pax, decus atque salus.

XLIII. Ot-  
 to II.

XLIII. IN OTTONEM II.

A facie ignotus Minda non, Otto, placebas,  
 At cum Te vidit, te quoque amavit ea.  
 Dexteritas placuit, placuit Sapia; totus,  
 Dicebat, mihi nunc Optimus Otto placet.  
 Non placet hoc autem, Te quod jugulaverit hydrops;  
 Hoc unum cruciat: cetera cuncta placent.

XLIV.  
 Wedechin-  
 dus II.

XLIV. IN WEDECHINDUM II.

Lis tibi multa domique, forisque, sed ense pedoque  
 Vicisti; merces sit tua laus & honor,  
 Wilara transcendit rursus sua littora: Mindæ  
 Confirmat Carolus singula jura sua.  
 Est nihilum, quod non mereat praconia: totus  
 Consiliis, precibus, mente manûque bonus.

XLV.  
 Otto III.

XLV. IN OTTONEM III.

Das montem & castrum Domino: bona cuncta Parentum:  
 Haredetâ solum tu facis, Otto, DEUM.

Euge

Euge bonum factum! nequit hoc te pœnituisse,  
 Nec Mindam Ottonis pœnituisse potest.  
 Qui dat, huic dabitur; qui non dat, is omnia perdet;  
 Da terram, & cœlum sic tibi fœnus erit.

XLVI. IN WILKINUM.

XLVI.  
 Wilkinus.

In modico, quo Tu sedisti, tempore, multa  
 Complēsti: vera nam pietatis amans,  
 Quod non mortale est, scrutatus es & meditatus,  
 Nil stabile atque bonum, præter amare DEUM.  
 Purus amor valuit, qui nescit, vincere, vinci:  
 Eja, amor omne potest: ergo, ut ameris, amas.

XLVII. IN MARCVARTVM.

XLVII.  
 Marcvartus.

Marcvartum nobis misit Bonifacius; ille  
 Prudens & mitis, doctus & æquus erat.  
 Mox illum præclara vocat Constantia; verum  
 Sic erat in fatis, ut moreretur ibi.  
 Heu! mihi quanta fuit semper mutatio rerum,  
 Dum struimus, ruimus: quid sumus ergo? nihil.

XLVIII. IN OTTONEM IV.

XLVIII.  
 Otto IV.

Hunc quoque Roma dedit: Clerus se opponit, at Otto  
 Sub bulla Papæ & fulmine tutus erat.  
 Quid vos bella juvant, Bernharte, Heinrice, quid? annon  
 Maxima post tandem prælia pax oritur?  
 Vivite concordēs, qui vultis vivere fausti,  
 Pessima vox bellum; nomen amabile Pax!

XLIX. IN WÛLLEBRANDVM.

XLIX.  
 WÛllebrandus.

Arces ablatas WÛlbrandus reddidit, hostes  
 Vicit, ad obsequium sicque redegit eos.  
 Adversa in vultu deformant vulnera, verum  
 Maxima virtutis signa fuere suæ.  
 Reliquias affert: Monachos inducit in urbem,  
 Æquus erat cunctis, ense pedoque gravis.